

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli u
cum fonte primo

Igne Spiritus sancti quasi

uiue lucis fonte Christus apostolos suos perfudit
ut ipsius postmodum uniuersum mundum
tanquam duodecim solis radii
ac totidem lampades ueritatis illuminarent
et inebriati nouo uino repleant
atque irrigent sciencia corda omnium populorum.

Leo papa in sermone apostolorum Petri et Pauli.

Sedit ergo super singulos

quasi ignis,

de quo Salvator noster testatur,

Ignem veni mittere in terram (Luc. XII, 49),

de quo dictum est,

Deus noster ignis consumens est (Deut. IV, 24).

Ipse itaque

Apostolos suos vivae lucis fonte perfudit;

ut ipsi postmodum uniuersum mundum

tanquam duodecim solis radii

ac totidem lampades ueritatis illuminent,

et inebriati nouo uino repleant

atque irrigent sitientia corda populorum.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?),

Sermones de tempore, 182.2 (PL 39, col.2088).